UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Suspensio II. à quo tollatur & quomodo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

SVSPENSIO II.

A quo & quomodo tollatur.

AD ferendam, & tollendam ſuſpenſionem non ſunt determinata verba. cap. 27.num.161.

Non eſt tollenda ſine præuio iuramento. num.161.

Suſpenſio ab homine, vel iure lata, quæ certo tempore, vel facto, vel omiſſione facti terminatur, tollitur elapſo tempore, vel adueniente termino, ipſo facto, abſque vlla abſolutione. ibidem.

Lata ob contumaciam, & non in pœnam delicti abſolutè ſine termino, & reſeruatione, ſiue Iure communi, ſiue particulari confirmata, vel non confirmata per Papam, poteſt tolli ab epiſcopo, vel à gerẽte vices eius. cæterùm lata in pœnā alicuius delicti etiam à Iure, ſiue temporaria ſit, ſiue perpetua, non poteſt tolli ab Epiſcopo. Lata ob adulterium vel alia minora delicta poteſt tolli ab Epiſcopo. Lata ab homine regulariter non poteſt tolli, niſi ab eo qui tulit eam vel ab eius ſucceſſore, num.162.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN